FRANCISCI
ARETINI DE
ACCOLTIS
COMMENTARIA
in Secundam Digeſti vete-
ris partem,
cum
Additionibus D. Benedicti de Vadis
Foroſempronienſis, & Summa-
riis D. Lucii Pauli Rho-
ſelli, denuo ſummo
ſtudio caſti-
gata.

LVGDVNI
1553

Excellentiſsimi Iuriſcon-

ſultorum principis, D. Franciſci de Accoltis Are-
tini aurea ac pene diuina commentaria in Secundam
Digeſti ueteris partem: cum nonnullis frugiſe-
ris apoſtillis D. Benedicti de Vadis Foroſ-
proniē. Iur. Vtr. doc. nuper in lucē edi-
ta, & per D. Luciū Paulum Rho
ſellū pōtificij & Caeſarei iuris
candidatum ſummo ſtudio,
non minori diligentia
expolita & emen
data.

De rebus creditis. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Certi condictio eſt duplex, generalis ſcilicet & ſpecialis.
2 Certi condictio pro mutuo nunquid ſit duplex, vel vna tantum.
3 Actio generalis & ſpecialis non debent concurrere in eadem obligatio-ne & eodem medio concludendi: videtur tamen pro diuerſo medio cō-cludendi competere poſſe.
4 Generale & ſpāle remedium quotieſcunq; inducuntur ex eadem lege, tunc ſemper ſpecies derogat generi.
5 Qualitas noua quae adijcitur contractui, vel obligationi, aut actioni, cū de neceſsitate veterē obligationē praeſupponit, tunc ob qualitatis addi-tionem, & formae diuerſitatem, & medium concludendi, non inducitur noua actio.
6 Mutuum de eſſentia formali requirit q habeat certitudinem.
7 Mutuum prout habet multa ſingularia, ſingularem iccirco debet habere actionem.

CONtinuatur Rubrica ſiue liber iſte ad praecedentes hoc ordine, ſecundū glo. & Iac. de Are. Dictum eſt ſ. de act. realibus, tam particulari-bus, q vniuerſalibus, & tam de his quae pro rebus corporalibus competunt: ſicut de rei ven. & ſi. q; de his quae pro incorporalibus cōpetunt: ſicut in tit. ſi ſer. ven. Sequebatur igitur ex ordine nūc videre de perſonalibus: & † qa inter caeteras actiones ex cōtractu ſunt digniores: vt Inſti. de ob. §. ſ. iō de reb. credi. praemittit: quod verbū generaliter oēs contractus cōtinet: vt l. i. & l. ij. §. creditum. j. eo. & qm̄ inter caeteros contractus propter ſingularia ipſius priuilegia mutuū videtur eſſe nobilius: ideo ſubiungit
2 rubrica, ſi certū petat. & l. ſi mutuū: † & qa certi cōdictio eſt duplex: gnalis. ſ. quae coaptatur rebus creditis, & ſpecialis quae competit ex mutuo, vt ſtatim videbis: meritò vltimo loco ſubiūgitur de certi cōdictione. ſ. de vna quę conueniat primę parti rubricae, & de alia quae conuenit mu-tuo: & expone, ſi certum petatur. i. repetatur: & hoc ſi genus reſpicit: nam ſi ſpeciem, quę datur pro mutuo, tunc quia in mutuo redditur idē in genere, & nō in ſpecie: vt l. ij. in prin. j. eo. & l. ſi quid. ideo verbum, petatur, ſtat propriè, ſecundum Bar. & oēs ſcribentes: nec eſt inconueni-ens q aliqū vnum verbum ponatur pro alterō ſicut videmus in l. cum
3 quid. ſ. de lega. ij. & ff. de ver. ſig. l. verbū reddendi. & plene traditur in l. ij. ff. ſo. ma. & eſt caſus, & ibi Cy. in l. ſi cū ante. C. de dona. ante nup. ¶ † In gl. poſita ſuper rubrica, in prima parte, quęrit de antiqua & ſubtili quę-ſtiōe, nūquid ſit duplex certi cōdictio p̄ mutuo, vl̄ vna. Et vltra ea quę dixit Bar. in l. certi cōdictio. in prin. j. eo. ſciendum eſt quod Bal. & Sa-ly. hic ſequuntur opi. Bar. & glo. hic. ſ. † q ſit duplex certi cōdictio. Vna generalis, de qua in l. certi condictio. j. eo. Alia ſpecialis, quae oritur ex mutuo: & haec eſt communis ſententia Moder. contra quam arguit Bal. in rubrica. C. e. vltra ea quae dixit Bar. vbi ſ. quia nō debemus vti acti-onibus ſuperfluis: vt l. j. in fi. cū l. ſeq. ff. de calum. Et hoc eſt verum, ſiue actiones debeant naſci ex eadem l. vel concedi, ſiue conceditur venire ex diuerſa legibus: ita probat tex. no. in l. j. §. diceret aliquis. ff. de Publi cia. & Inſti. de act. §. de conſtituta. Sed certi condictio generalis videtur eſſe ſufficiens, nec aliquid videtur addere certi condictio ſpecialis, quia vtraq; eſt ſtricti iuris: ergo manifeſtiſsime conuincitur non eſſe niſi vnā certi condictionē. Nec obſtat ſecundū Bald. quòd ex alijs contractibus pro quibus cōpetit certi cōdictio, competit etiā actio particularis: quia in pluribus illorum pro quibus cōpetit actio ſpecialis, eſt videre, q ſunt actiones bonae fidei: vnde multum eſt vtile habere particularem acti-onem. Similiter in condictione indebiti, & ſimilibus poſſent aſsignari forte aliquae rationes particulares, propter quas illę condictiones ab eſ-ſent ſuperfluae: ſicut dicitur in l. ſi indebitū. §. ſed ſi nūmi. j. de cōd. inde. Sed quia hoc eſſet difficile, aſsignare in omnibus contentio modi ſubiſſe, & eſt notā mihi, † q actiones quę communiter continētur in hoc tractatu, vel ſunt inductae ex diuerſis edictis praetoris, & ſunt praetoriae, vel in diuerſis titulis, & ſunt ciuiles: & ſic non eſt incon ueniens q actio generalis, id eſt certi condictio, quae non procedit ex eadem lege cum illis particula ribus, ſecum illis compatiatur: vt l. quoties. j. de actio. & ob. & l. ſi qui ſepulchra. & quod ibi no. C. de ſepul. vio. & l. ſenatus. ſecundum veram lite-ra. ff. de accu. vbi per Bar. Circa quod vide quod ipſe idē notabiliter poſuit in l. j. §. hoc autē edi-ctū. in iij. col. ff. de no. ope. nun. & in l. j. in prin. ff. vi bo. rap. Sed de certi condictione generali & ſpeciali tractatur in eo. ti. ergo videtur incōueni-ens, q pro eadem obligatione & eodem contra-ctu cōpetat actio generalis & ſpecialis. Et in ſu-ſtinendo hoc argu. multum laborat Bal. hic in ru-brica: cuius tamen nulla ſolutio videtur vera: vt ſ. patebit. Sed ad hoc reſpondet idem Bal. in rub. C. ſi cer. pet. & elegāter dicit ipſe, certi cōdictio ſpecialis nō erit ſuperflua & fruſtratoria: quoniā ſingularia priuilegia quae cōpetunt mutuo, & pe cuniae, de quibus in l. ſingularia. j. eo. non compe-terent intētanti certi cōdictionē generalem: quia illa nō ſunt omnia de primordiali natura mutui: iuxta ea quae habentur in glo. in l. certi cōdictio. in prin. j. eo. & ideo in hoc erit vtilitas certi cōdicti onis ſpecialis. Vel aliter reſponde, ſecundū Bar.
3 † q pro eadē obligatione, & eodē medio cōclude-di non debet concurrere actio generalis, & ſpeci-alis: ſed pro diuerſo medio concludendi, ſicut eſt in caſu noſtro, bene videtur poſſe competere: vt l. ſi adulterium cum inceſtu. de adulte. & §. plura a delicta. j. de actio. & obli. Sed quia illud dictū eſt dubium, vtrum hic ſit diuerſum medium conclu dēdi, qđ ſit ſufficiens ad inducendum nouam a-ctionem: ideo an ſit vera iſta reſponſio, patebit ex j. dicendis: pro nunc teneatis primam ſolutio-nē. Opinionē tamen Vltramon. & Cy. cōtra gl. & Bar. ſecutus eſt Rapha. in l. certi condictio. in princi. j. eod. dicens hoc probari per tex. Inſti. qui. mo. re contra. ob. §. j. iuncto tex. Inſti. de ver. obli. in prin. quae iura induxit ſic: q duae acti ones ex ſtipulatiōe oriuntur: vna ſi ſtipulatio ſit certa, & altera ſi ſit incerta. Ideo Imperator In-ſti. de ver. ob. in prin. dixit q ex ſtipulatione ori-untur duae actiones. Similiter ergo dixiſſet Inſti. qui. mo. re contrahitur obli. ſi duplex actio ori-retur ex mutuo: & quia hoc nō dixit, ex hoc pa tet q non oritur niſi vna. Sed haec ratio nō pro-cedit: qa duplex actio quae oritur ex ſtipulatio-ne, nō competit, neq; cōcurrit ſimul in eiſdem ca-ſibus: imo vbi competit vna, nō competit altera. Neceſſariū ergo fuit, vt ſciremus pro qua ſtipu-latione quae actio competit, de ſingulis act. dice re, & aſsignare vnicuiq; propriā materiā: ſed hoc non cōtingit in caſu noſtro, vnde eſt diuerſa ra-tio. Tu autē in illa materia cōſidera ſubtiliter: & arguitur primò pro opinione Vltramon. ſubti-liter: & ſic ſi certi condictio ſpecialis & gnālis ha bent diuerſum medium cōcludendi, id eſt diuer-ſam cauſam & obligationem, tūc non eſſet incō ueniens q oriretur duplex actio: ſed non habent diuerſam cauſam vel obligationē, ergo cū ex ea-dem lege inducatur certi condictio generalis, & mutuū, nō videtur quòd duplex actio, ſcilicet ge neralis & ſpecialis poſſit competere: quia regula
4 eſt † q quandocunq; remediū generale & ſpeci-ale inducuntur ex eadem lege, tunc ſemper ſpeci
a es derogat generi: [a] ita intelligit tex. in l. ſanctio legum. j. de poenis. ita etiam declarat Bar. in l. j. §. hoc autem edictum. de oper. no. nun. & aliquid in l. ſenatus. j. de accu. Si ergo eſſet certi cōdictio ſpe cialis, tunc nō competeret generalis pro mutuo: ſed cōpetit: vt l. certi cōdictio. §. quoniam. j. eod. Ergo hoc eſt ſignum, q non competit certi condi ctio ſpecialis. Iſto modo debes intelligere. Quòd

¶ Generi. Pro quo adde Pau. de Caſt. in conſi. clxxxv. & d. Bar. Socian conſ. ſi. in incid. cū inter-pellatiōēs. ver. pria regula. in ij. parte. Et q iſta rō Aret. non valet, ſecun dum d. Ia. ſ. qa certi condictio gnālis, & certi condictio ſpā lis, non hn̄t ſe ſicut genus & ſpes: ſed pria dicitur gnālis, qa cōpetit & con-currit cū alijs: alia vero dicit ſpālis, qa ex mutuo dat: & ita ipſe ſoluit: & ad praedictā rōnē Are. vide d. Alex. de Imo. in d. §. hoc au tem edictum. poſt me. ſ. col.